

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**T. Livii Patavini Historicorum omnium Romanorum ... libri
omnes**

Livius, Titus

Francofurdi, 1648

Lib. IX

urn:nbn:de:bsz:31-105429

ardia vita refusa
genus haec sum
renata quoniam
adfectus est
equum regum
n. P. Sempronius
centus fuit anno
III. D. in
deponit patrem
et praetoratus

circumventus &
caecus, caput, &
Pateros pro
terum dicuntur
casum et perpe
tua rubores cate
a Confidit in Sar
p. Tenuum di
cifidit cum in h
re dico et exco
te, et opera em
la bofis in si co
ff, cui praeferi
lita Regum Conf
ident.

EPITOME.

683

LIB. VIII. EPITOME.

Atilius Regulus in Africa serpentem portentosam magnitudinem cum maxima militum clade occidit. & cum aliquot pralii aduersum Carthaginenses pugnasset; successorumque a senatu prospere bellum gerenti non mittebatur: id ipsum per literas ad senatum missus conquisitus est, in quibus inter causas petendi successor erat, quod agellus eius a mercenariis destruxeretur. Quarante deinde fortuna ut magnum utriusque casus exemplum in Regulo proderetur: ac certatio a Carthaginensibus Xantrippo Lacedemoniorum duce, vicit in pralio, & captus est. Rerum deinde a decimis Romanis omnibus terram marique prospere gestas deformauere naufragia classem. T. Coruncanus primus ex plebe pontifex maximus creatus est. M. Sempronius Sophus, Valerius Maximus censors cum senatum legerent: XIII. senatu mouerunt: iustrum considerant, quo censu fani ciuism capita CCCXVII. millia CCXVII. Regulus missus a Carthaginensibus ad senatum, ut de pace, & si eam minime impetraret, de captiuis committandis ageret: iurevitando astribitus est, redditum se Carthaginem, si commutari captiuis non placuerit. virtusque negandi auctor senatus fuit: & cum fide custodita reuersus esset, supplicio a Carthaginensibus de eo sumptu, perire.

LIB. IX. EPITOME.

Cæcius Metellus, rebus aduersus Tanos prospero
cessus, speciosissimum egit triumphum: XIII. duci
bus hostium, & centum virginis elephantis in eo da
cti. Claudius Pulcher Cos. qui contra auspicia prof
etus iussit immixti pullos, qui cibari solebant: infeliciter ad
uersus Carthaginenses classem pugnauit, & resuscitatus a se
natu, iussusque dictatorem dicere, C. Glauciam dixit, for
ris ultima hominem: qui coactus abdicare se magistratus,

postea ludis praetextatus spectasit. Atilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. Cum Panis capitum commutatio facta est. Colonia deducta sunt, Fregelle, in agro Salentino Brundusium. Lustrum a censoribus conditum est, consa sunt ciuium capita CCLL millia CCXII. Claudia soror P. Claudi, qui contemptis auxiliis male pugnauerat: a ludis dinertens, cum turba premeretur, dixit: vitam frater meus vixeret, iterumque classem duceret, ob eam causam multa a est. Due praetores tum primi creatis sunt. Cecilius Metellus pontifex maximus, A. Posthumus consulem, quoniam idem flamen Martialis erat: cum ille ad bellum gerendum proficisci velleret, in urbe temuit, nec passus est a sacris recedere. Rebus adversus Tanos pluribus ductibus gestu, sionnam victoria C. Lucretius consul vieta ad Agates infidela classe Tanorum, finem bello imposuit, petentiibus Carthaginensibus pace data est. Cum templum Vestae arderet, Cecilius Metellus Pontifex Maximus ex ineendo sacra rapuit. Due tribus adiecta sunt: Velina, & Esquilina. Falisci, cum rebollesserint, sexto die domiti in dedicationem venerunt.

LIB. X. EPITOME.

Soleatum colonia deducta est. Aduersus Ligures tum primum exercitus promotus est. Sardi & Corsi, cum rebellarent, subiacti sunt. Tertia virgo Vestalis incesti damnata est. Bellum Illyrius propter unum ex legatis, qui ad eos missi erant occisum, indilictum est: subtilique in dedicationem venerunt. Praeorum numerus amplius est, ut essent quatuor. Galli transalpini, qui in Italiam eruperant, casati sunt. Eo bello populus Romanus sociorum, Latinique nominis trecenta milia armatorum habuisse dicuntur. Ex exercitibus Romanis tum primum trans Padum ductis, Galii Insubres aliquot praeliti sunt in dedicationem venerunt. M. Claudius Marcellus consul, Insubrium Gallorum duce Viridomaro occiso, opima